









QR. 520, 42

II i  
43

VINDEMIOLA HISTORICO-LITERARIA  
QVORVNDAM THEOLOGORVM  
ANNO CLIMACTERICO MAXIMO

DENATORVM

QVA COLLECTA

V I R O

ADMODVM REVERENDO, AMPLISSIMO NEC NON  
DOCTISSIMO DOMINO

D O M I N O

M. MAVRITIO Engel

PASTORI BVRGSTADIENSIVM MVLTVS EISDEMQVE PRAE  
CLARIS MERITIS CONSPICVO, ET DIOECESEOS  
PENICENSIS SENIORI GRAVISSIMO

GENITORI SVO OMNI HONORIS ET AMORIS CVLTV AD  
CINERES VSQVE PROSEQVENDO

DE FELICITER SVPERATO ISTO CLIMACTERE MAGNO  
NATALI EIVS SEXAGESIMO QVARTO

D. XXVI NOV. A. O. R. MDCCCXXXVI

FAVSTO OMINE REDEVNTE  
PIE CONGRATVLANTVR

INSIGNEM ANIMI VOLVPTATEM EXINDE PERCEPTAM  
TESTATVRI

TRES IPSIVS GNATI NATV MAIORES

MAVRITIVS FRIDERICVS Engel, Diac. ad D. foh. Chemnic.

MAVRITIVS CHRISTIANVS Engel, Past. Subst. Burgstad.

MAVRITIVS AVGVSTVS Engel, I. V. Doctör.

CHEMNICIL, Literis STOESELIANIS

BIBLIOTHECA  
SACHSIAVIANA


UNIVERSITÄT  
HALLE  
(SAALE)

56.









Q. E. V

VIR ADMODVM REVERENDE, AMPLISSIME, NEC NON  
DOCTISSIME,  
PATER OMNI HONORIS ET AMORIS CVLTV AD CI-  
NERES VSQVE PROSEQVENDE.



Ntiquum illud sapiensque est dictum: (a)  
Anticipare dies poteris, producere nunquam,  
Prolongare Dei est, abbreviare tuum.  
Adeoque uitae terminus, homini a Deo constitutus  
ac definitus, licet non sit simpliciter indeclinabilis, & ab-  
solute fatalis, sed omnino suo modo declinabilis & euita-  
bilis, quandoquidem uita simul pendet a caussis & mediis,  
quae sunt in nostra potestate, eorundemque debira applicatione,  
est tamen ratione diuinæ praescientiae infallibilis, & sub hypothesi  
certus, status ac fixus (b). Hinc fit, ut omnes nostrae de proroganda  
A 2  
uita

(a) quod repetit, & copiose explicat *D. Theod. Reinking. L. III. de Regim. Secul. & eccl. axiom.* LIV, p. 855, seqq. (b) Secundum *Jobi XIV, 5, Pf. XXX, 16, & CXXXIX, 16.* Arduum hoc & intricatum argumentum satis feliciter exposuerunt nostrates theologi, *Dan. Henrici, Aegid. Hunnius, Job. Tob. Masor, Eulth. Menzerus, Just. Feuerbornius, & Jo. Guil. Baierus,* quorum scripta iunctim ex musaeo V. Cl. *Hier. Diechi,* Francofurti ad Mocnum. prodierunt A. 1691, quibus postmodum accessit *B. D. Gotti, Wernsdorffii* Diss. de Termino uitae non fatali, Witteb. 1703.



uita curae & labores sint frustranei, nisi Deus morbos, ipsamque mortem, uelit auertere, uitaeque nostrae annos prorogare. Scriptorum de diacta, de tuenda ualitudine, de proroganda uita, de praefidiis senectutis, de conseruando & augendo calido naturali, & humido radicali, de auro, aqua, puluere uitae & medicina uniuersali, reliqua, magnus est numerus (c), & forsan maior, quam experientia comprobauit, cum, nec ipsos inuectores satis longaeuos semper extitisse, constet. Sigillatim uero rara admodum esse exempla longaeuorum ecclesiae ministrorum (d), & paucissimos eorum uitae terminum, a Mose

(c) quorsum spectat *Henr. Ranzouis* Tr. de conseruanda ualitudine, *Rob. Westledi* elegans admodum de actate uergente liber, ad *Hugonem, Episcopum Bristoliensem*, Londini editus 1724, in 8, eximie collaudatus in *Act. Erud.* 1725, mense Januario, & *D. Georg. Cheyni* eruditum scriptum de conseruanda ualitudine & proroganda uita, 1725, in 8, recensum, nec non *D. Christ. Vateri* diss. de Vitae prorogatione, it. *D. Frid. Schraderi* & *D. Abr. Vateri* diss. de Senectutis praefidiis, & *D. Mich. Alberti* diss. de Longaeuitate ex animi moderamine, Halae 1728 habita. add. *Oreg. Horstii sen.* Tr. de Tuenda sanitate literatorum, & celeberr. trium uirorum, *Hoffmanni, Stahlis* & *Wedelii* disserit. de diacta literatorum, denique *D. Theod. Zwingeri*, Prof. Basil. *Unterricht ein hebes Alter zu erlangen*, 1726, 8. (d) Exempla eorum, qui totos quinquaginta, & aliquanto amplius, annos sacris functi sunt muneribus, collegit *Celeb. D. Georg. Henr. Goetzii*, in *Theologo Semi-seculari*, A. 1709 edito, it. in *der Christ. Priesterl. Jubel-Freude*, bey dem *Iubilaeo Syn. M. Constant. Ambros. Lehmanns*, A. 1710, *M. Joh. Christ. Blamius*, in *Iubilaeo Theologorum emeritorum*, s. *Commentatione philologico-theologica de Theologis per decem lustra publico officio functis*, Lips. 1710, & qui primo loco nominandus erat, *M. Joh. Matthaei Gressius*, in *Historischen Lexico Evangelischer Jubel-Priester*, Nürnberg. 1727, 4. E Saxonibus sigillatim sat magnam horum farraginem sistit *Cl. Joh. Conrad. Knaubius*, H. R. & E. S. in *Ehrevollen Alter*, im *Vorbericht*, f. 9, seqq. ad 14. Theologos Semi-Seculares Lusatos exhibet *Matth. Hansi Schediasma* de Theologis quibusdam macrobiis, uel ex, uel in Lusatia, A. 1712, & *Christoph. Wintzeri Wohlverdiente Andenken einiger 80-jähriger Prediaer in der Nieder-Lausitz*, Wittenb. 1727. Quibus add. exempla ex *D. Christ. Loeberi Historia Ronneburg* excerpta in *Nob. antiq. Theol.* 1728, p. 749. Quae quidem exempla licet uideantur esse numero multa, multo plura tamen plebei ordinis colligi posse, nulli dubitamus, si quis ista omnia longaeuitatis exempla uellet conquirere, & in unum ueluti corpus congerere, quae leguntur apud *Valerium Maxim.* VIII, 13, *Bapt. Fulgosum*, VIII, 14, *El. Schedium*, de *Dis German.* p. 194, *Potum*, in *Synopsi Crit.* Vol. I, f. 1224, seq. *Arnoldum*, in *Addit. ad Wagenfelsii libr. Talmud.* Sora, p. 1226, seq. & *Merbomium*, in *Epist. ad Augustum*, ducem *Brunswicens.* de Longaeuis, it. *Casp. Posnerum*, in *diatr. acad. de Longaeuitate hominum*, ne quid de recentioribus adiciamus exemplis, ex relationibus publicis, *Fama Euro-*



Mose denominatum, uiuendo attingere, certum est & exploratum (e) ut adeo pro inaudito habendum sit, quod de *Anton. Haafsko*, primo Pastore Galensi, in dioecesi Leodiensi, refert *D. Paul. Freherus* (f), eum per centum annos in eodem Pastoratu uixisse, & obiisse A. C. 1586, aetatis CXXV. Dignum etiam memoratu, admodum tamen huic impar, est exemplum *Alb. Pomiani Pesarouii*, totius Ministerii Euangelico Lutherani in Borussia Senioris, & in pago, quod a diuo Nicolao nomen tulit, Pastoris, quem A. 1696, d. 2. Jun. anno aetatis CII, & Ministerii LXXII, decessisse, ex *Goetzii Theologo Semi-Seculari* passim commemoratum legimus (g). Nostra saltem in Saxonia, haec cui contigerit felicitas, scimus neminem, cum inter praecipua Saxoniae singularia referri mereatur illud, *M. Joh. Knauthium*, Pastorem

A 3

Dip-

paeta, aliisque scriptis menstruis, maiori industria, quam commodo, colligendis. Quorum maxime dignum est memoratu, quod in nouellis Lipsienf. A. 1724. relatum legimus de uiro in Hungaria, prope Temesuariam, CLXXXV aetatis anno defuncto, quod fere fidem excederet, nisi circumstantiae adiectae id ipsum satis confirmassent. Quamquam huius ad canitiem accessit prope rusticus, d. 22. Sept. superioris anni Langendorfi, prope Illebiam, in tractu Mansfeld. anno aetatis CLXXVI denatus, Frid. Leonh. Koberus, in *Curios. Saxon.* A. 1735, p. 171, commemoratus, & pistor hoc ipso anno, d. 4. Febr. Reichenbornae, in Lusatia super. prope Laubanam, anno aetatis CL uita functus. Frid. Schulzius, de quo eadem *Curiosa Saxon.* p. 80, exponunt. Adeat de caetero, cui placet, *Actu Med. Berol.* Dec. I, Vol. VIII, p. 91, & Vol. IX, p. 5; ubi propemodum ducenti recensentur, qui per annum 1719. & 1720. in ditionibus Borussia-Brandenburgicis nonagesimum & centesimum, pluresque dehinc annos, ad CXXV usque, impleuerunt. (e) Causas diminutae, post diluuium, hominum aetatis multi nostratum Theologorum indagarunt, etiam peculiaribus in scriptis, quos inter eminent, prae ceteris, *D. Henr. Pippingius*, in Tr. patris sui octogenarii in honorem conscripto, cui titulus: *Wortsehrspruch von dem 80jährigen Alter der Menschen*, aus Pf. XC, 10, kürztl. erwogen, Görlitz, 1705, 12, *Joh. Conr. Knauthius*, im Ehren-vollen Alter seines Herrn Waters, *M. Joh. Knauths*, Dresden, 1716, in fol. & *M. Carl. Fried. Lochnerus*, P. I. libri das Seltene Alter, in scriptis, & Bremae, 1692, in 8. editi, excerpti etiam a V. C. *Wilh. Ern. Tentzelio*, V. Colloqu. suorum anno, p. 91, seqq. in quo senii antediluuianorum eximii undecim rationes commemorat & expendit. Multo etiam ante horum tempora *Joh. Speringius*, L. VII Instit. Phys. C. 2, de Vita & morte, causas uitae & mortis, secundum artis leges, accurate perquisiuit, & pro more, id est, eleganter, disposuit, in primis subnexa quaeft. III. (f) in Theatro Virorum eruditione clarorum, P. I, sect. III, f. 263. (g) in *Not. antiquis Theol.* A. 1711, p. 224, & in *Lex. Erudit.* P. II, p. 577, edit. ult. & alias:



Dippoldisylvanum, senum, qui sacri ordinis, ornamentum, d. 29. Jan. 1716, aetatis LXXXVI, & ministerii LXI, mente uegeta ac ualenti corpore, placide obdormiuisse (h), quippe cuius ad aeratem neutrum *Lehmannorum*, spectatissimos senes (i), nec celebrem illum Academiae Wittebergensis Seniore, *D. Casp. Loescherum* (k), ascendisse, meminimus. Hoc uero maxime poterat miros habere omnium animos, quod, quemadmodum, *Gellio* teste (l), iam pridem *obseruatum est in multa hominum memoria, expertumque est in senioribus plerisque aliqua uenire aut corporis, morbique grauioris, aut uitae interitus, aut animi aegritudinis*, quapropter etiam, qui rerum uerborumque istiusmodi studio tenentur, (sic enim pergit idem *Gellius*) eum aetatis annum appellant κλιμακτηριον, ita etiam Theologorum uerbique ministrorum, si non quamplurimi, certe numero multi, isthunc climactericum magnum fatalem habuerint & emortualem. Dantur quidem & alii, quos uocant climactericos minores, uidelicet XLIX & LVI anni, quorum postremus sigillatim audit *Climactericus heroicus*, heroicis quippe praestantique ingenio praeditis uiris exitiosus, quo multos praeclaros atque eximios Theologos uiuendi finem fecisse, restantur *Adamus, Wittenius, Goetzius, Pippingius, Fochius*, aliique uitarum scriptores. At enim uero sexagesimum tertium inter omnes istos decretorios, quos aiunt, annos, uiris eruditis omnium haberi periculofissimum, & ob septenarii ac nouenarii numerorum coniunctionem, dici solere climactericum magnum, s. maximum, quis est, qui ignoret? (\*). Quod etiam praesci uidentur uoluisse indicare

(h) Cf. *Christ. Grundmanni* Ossa & Cineres A. 1716, defunctorum, p. 26. (i) Vid. uitae curriculum *D. Christ. Lehmanni*, Superintend. olim, Freiberg. Homiliis eiusdem Funer. annexum, p. 106, seqq. lectu quam dignissimum. (k) cuius tamen felicitatem, eo quod, per integrum saeculi dimidium, & Superintendens, & Senator ecclesiasticus una fuerit, plane singularem fuisse, existimat, & ipsum etiam *Loescherum*, cum aliquando secum familiariter colloqueretur, sua inter singularia hoc retulisse, indicat insigne illud Academiae Wittebergensis & totius prioris coetus lumen, *B. D. Gottl. Wernsdorffius*, in concione funebri, *B. Loescheri* habita, ad Pf. XXXVII, 37, d. 14. Aug. 1718, f. 8. (l) in Noct. Att. XV, 7. (\*) Illustris cum primis locus est *Jul. Firmici*, L. IV. Marth. c. 14,



care (m), *Apollini* septenarium, & *Musis* nouenarium consecrantes numerum. Iam, quid de annis & numeris hifce climactericis fit habendum, curarius dispicere ac disputare, nostri non est institutum. Nouimus, quae de hac numerorum potentia, post *Iustinum Martyrem*, quae est. LXXXIX ad *Orthodoxos*, iam olim uiri celebres, *Ful. Caesar Barelcellus a S. Marco*, in *Hortulo Geniali*, *Zach. Theobaldus*, in *Arcanis naturae*, *Phil. Beroaldus*, in *Centum annotationibus*, *Matthias Berneggerus*, in *Quaestionibus ad Tacitum*, *Leuinus Lemnius*, de *Occultis naturae miraculis*, *Tob. Beutelius*, in *Astrologia*, aliique, imprimis uero *Bapt. Codronchus*, *Claud. Salmasius* & *Henr. Ranzouius*, nec non, hoc iplo seculo, *Frid. Hoffmannus* (n), singularibus ea de re libellis, in publicum productis, erudite differuerint, denique, haud ita multis abhinc annis, V. C. M. *Zach. Goetzius*, illustris Gymnasii Osnabrugensis Rector meritissimus, in eleganti de hoc argumento programme (o), diligenter, & pro more suo, id est, eruditissime exposuerit. Largimur, *quantitatis*, ex antiquo sapientum canone, *nullam esse efficaciam*, & proinde de mysteriis in numeris latentibus, id minime esse habendum, quod *Sabaei* (p) olim, diuinationum ac astronomiae studiosissimi, habuerunt, uel nostra etiam memoria nonnulli habendum existimarunt (q). Non  
nega-

post alia, huc spectantia, scribentis: Quia utriusque numeri cursus in hoc anno LXIII aequata ratione concurrat, grande semper periculi discrimen imponit. Add. *Censorinus*, de Die natali, c. 14. (m) annotante *Joh. Bodino*, de Republ. IV, 2. (n) cuius dissertatio physico-medica, sistens annorum climactericorum rationalem & medicam explicationem, prodit Halae, 1705. conf. *Noua literaria German.* T. V, pag. 146. (o) quod typis est expressum A. 1724. (p) quos ad orientales Cusitas esse referendos, nec cum Zabiis confundendos, monet auctor *Origin. Religiosarum*, manip. II, in *Not. antiqu.* Theol. A. 1702, p. 675. (q) Inprimis hoc fecit personatus *Isidorus Charisus Logorhera*, sub quo latet *Joh. Christ. Langius*, in Tr. Theologia Christiana in numeris, edito Francof. 1702, 4, de quo uid. *Non. antiqu. theol.* I. c. p. 563, seqq. Quod hic noua prorsus ratione tentauit, id superiori seculo conati sunt *Petr. Bunnegus*, de Numerorum mysteriis, & *Athanas. Kircherus*, in Arithmologia de mysteriis numerorum occultis. Sigillatim de numero septenario elegantem diatriben Philologicam scripsit *Leonh. Wuffvainius*, Ictus Norimberg. A. 1633, cui addi merentur binae dissertatiunculae de Septenario in sacris quoque sacro *M. Joh. Christoph. Lacyritzii*, 1684. editae, & *Io. Frid. Riedereri*, Norimbergensis, *Untersuchung der Zahl sieben*, Nürnberg, 1719, 8. De ternario & terdenario, boni omnis numeris, eruditam



negamus, exemplis istorum, quos anno aetatis LXIII uitam cum morte legimus commutasse, innumera alia facile opponi posse eorum, quibus annus iste non fuit fatalis, quin imo & ante, & post LXIII annum multos sua subiisse fata (r), ipso Climacterico satis uegetos ualentesque, ex quo, fatalem necessitatem haud quaquam ab eodem dependere, dilucide apparet. *In certos tamen gradus humanam partiri aetatem, eosque magnam uim, tum in corpora fortunasque nostras, tum animos quoque ipsos exercere, uetus & ratio est & opinio* (s), exemplisque bene multis iam pridem est confirmatum, uiuentium conditionem magnam & singularem mutationem per certa subire interualla, quod ipsum ansam procul dubio dedit, ad annos climactericos, & sigillatim LXIII, curatius animum aduertendi, quam quidem fieri uoluit *Joh. Bapt. Helmontius*, qui uitae finem, sexagesimo tertio aetatis anno, ex nonnullorum opinione, metuendum, nominauit *inuentum stolidum, immo daemoneis inuentum* (t). Quare nihil moramur hoc *Helmontianum scinma*, sed, quod, praeter *Euerhard. Guerner. Happelium* (u) & *Feinlerum* (v), ex instituto pertractasse legimus  
 Celeb.

Dissertationem secularem edidit Illustr. Ruthenei Rector, Celeb. *M. Georg. Ludou. Goldnerus*, Gerae, 1730, 4. Multa etiam de ternarii numeri apud priscos dignatione collegit *B. D. Joh. Georg. Dorstheus*, in diss. theol. de Spiritu, aqua & sanguine, in terra tribus testibus, pro Christo, Dei filio, ex 1. Joh V, 8, Francof. 1653. recusa, §. 22, p. m. 37, & prolixius de eodem numero egerunt *Joh. Sam. Carlius*, Med. Isenburgenfis, in Otiiis Medicis, meditationibus philosophicis applicatis, Budingae, 1725, & *Jo. Frid. Riedererus*, in *der Bedenkl. und Geheimniskreichen Zahl drey*, in theologicis, historicis & politicis, quartum edit. Francof & Lipsi 1732, 8. (r) quod inprimis urget autor dissert. cui titulus, Medicus Superstitiosus, sub praesidio *D. Raini* 1698. Lipsi habitae, hoc maxime nifus, sese *Henning. Wittenii* Diar. biographicum data opera peruoluisse, & A. 1600. non nisi duos, *L. Joh. Wolffium* & *Rich. Secinum*, A. 1601. autem ne *feheri*, in Epist. ad *Christ. Funckerum*, Principum Saxo-Henneberg. Historiographum, quae inserta est T. VIII. Nou. Literar. Germaniae, p. 38. Eandem de uitae humanae gradibus sententiam uberius proposuit *Phil. Jul. Rehrmeyerus*, in dem auf glücklichen Stufen erfreulich eintretenden Stufen-Jahr, auf den Geburts-Tag Herz. Aug. Wilhelms zu Braunschweig u Lüneb. Braunschweig, 1724, fol. (t) Tr. de Tempore, p. 510. (u) in Mundo mirabili, f. Nucleo Cosmographiae, P. I, c. 16. (v) in Theatro morientium, c. 36. p. 219, seqq. de quo caeteroquin ita iudicat *Cl. Reimannus*, in Catal. Biblioth. suae, p. 176, Cuius, & indocto, non intractabile thema, Dummodo solletter lecta notare queat.



Celeb. hodie in Academia Gießensî Doctorem Theologum, *Reink: Henr Rollium* (w), idem nobis etiam integrum fore, arbitramur, scilicet *eruditos homines*, sigillatim uero *Theologos, climacterico maximo demortuos*, hac qualicumque scriptura colligere, eorundemque breuiem concinnare syllabum, aliquando fortasse longius hoc argumentum profecuturi. Mittimus in praesentia *Traianum, Adrianum & Constantinum*, quos, ex imperantium serie, in hunc numerum referre ausus est *Joh. Sam. Adams* (x), fide & ueritate historica hac in parte destitutus. Mittimus etiam alias recentioris aetatis principum nobiliumque personas, quas, annum agentes climactericum, uita destituit, *Fridericum III, Saxoniae Principem Electorem*, cognomine *Sapientem* (y), *Philippum, Hassiae Landgrauum* (z), *Georgium Castriotam* (aa), i. *Scanderbegium*, Turcarum terrorem, *Henricum, comitem Ruthenum* (bb), *Frid. a Cospoth* (cc), Duci Vinariensi a Consiliis redituum & Curiae ducalis Ienae Aessorem, reliqua. Nec attingimus *Aristotelem*, quem *Olymp. CXIV*, aetatis suae LXIII anno, uitae finem fecisse, constat ex *Diogene Laertio* (dd), quod idem de *Demosthene*,

B

Sta-

(w) in diss. epist. de Eruditis Climacterico maximo denatis, qua natalem LXIII D. *Fech-  
tio* gratulatus est, cuius factam uidemus mentionem in Catal. librorum ab ipso edi-  
torum, quem exhibet maxime industrius *Ern. Frid. Neubauerus*, P. VIII der Hessischen  
*Heb Dpffer*, p. 892, & laudatissimus *Gabr. Guil. Goertensius*, im Festlebenden Gelehr-  
ten Europa, P. II, p. 497, seqq. huius autem dissertationis, omni quantumuis ope-  
ra adhibita, nos compotes fieri non potuisse, merito dolemus. (x) in Cornu Cop.  
P. III, p. 443. (y) de quo conf. *Georg. Fabricius*, qui palmam olim meruit inter eru-  
ditos Chemicenses, in libro, de Saxoniae Ducibus Electoribus, p. 23, Cl. C.S. *Schwarzstai-  
schius* & *M. Herrm. Beckerus*, in dissertr. de Friderico III Sapiente, habitis Witteb. 1674  
& 1702, & Tom. XII Opp. Lutheri Lips. fol. 209, seqq. (z) teste *M. Christoph. Somme-  
ra*, in Schola exemplari mortis, p. 338, & perindustrio *Adams*, in Delic. Bibl. V. T.  
P. V, p. 995. (aa) quem A. 1466, d. 17. Ian. diem suum extremum obiisse, testis est  
*Paul. Eberus*, in Calendario historico, p. 49, & *M. Z. Boxhornius*, in Hist. Univers. p. 1001.  
(bb) quem, tres & sexaginta annos natum, e uita migrasse, patet ex *Christoph. Rich-  
teri* sermone funebri, pie defuncto comiti habita. A. 1635. (cc) vid. *D. Joh. Maioris*  
homilia funebris, A. 1632. typis excusa. dd) in Vita Aristot. V, 9, quanquam, quo  
mortis genere fuerit extinctus, maxime est incertum. conf. *Stanleit Hist. Philos.* p.  
410, seqq. & *Jac. Bruckeri*, literatissimi uiri, Fragen aus der Philosophischen Historie,  
P. I, p. 822, seq. qui citat *Censorinum*, de Die natali, c. 14. add. *Lexicon Universale*,  
T. II, f. 1479.



Stagiritae aequali, oratore plane perfecto (\*), afferentibus manifesto contradicit lis de natali eius anno inter eruditos adhuc agitata (cc), nec alios colligimus cum prisci, tum recentioris aevi Philosophos, Historicos, Ictos & Medicos, exempli causa *Mich. Virdungum* (ff), *Celeb. W. E. Tentzelium* (gg), *Gottl. Frid. Nesterum* (hh), *Joh. Mandeuillium* (ii), quorum memoriam huc repetere, labor foret nimis prolixus non solum & operosus, uerum etiam ab instituto nostro alienus (kk). Sufficiat nobis, quosdam nunc Theologos, qui, euocati a Deo, animam ipsi reddiderunt anno climacterico, breuiter strictimque commemorare. Quos inter, post mellitissimum *Bernhardum, Abbatem Clarauallensem*, Patrum illud obsignaculum, uirum in sacris tractandis plurimum, in meditationibus sublimem, in doctrina de gratia eximium, in praxi & pietatis officiis admirandum, in sententia diuinum, denique seculi sui lumen, mediis in tenebris Papatus accensum diuinitus, & aeuo meliori dignissimum (ll), agmen ducat *B. Megalander*, s. magnus seruus J. C. (mm), primanus inter Theologos merito suo nominatus a *Celeb. Heumanno* (nn), & a *Philippo*  
Me-

(\*) sic enim audit oratorum principi, *Ciceroni*, in *Beuto*, c. 9. (cc) conf. *Scriptores* uita *Demosthenis*, e ueteribus *Plutarchus*, *Lucianus*, *Libanius* & *Suidas*, e recentioribus, praeter *Andr. Schottum*, daumiri Galli egregii, *Renat. Rapinus*, in *Collat. Demosthenis cum Cicerone*, & *Turrellus*, in *Prolegom. ad orationes quasdam Demosthenis*, Gallice a se translatae. *V. Fabricius*, *Biblioth. Gr. Vol. I, E. II, c. 26, § 8, p. 864.* (ff) qui uiuere desit d. 23. Octobr. 1637, annos natus LXIII, teste *Frebero*, P. IV, f. 1532. (gg) A. 1707, d. 24. Nov. Dresdae denatum, de quo *B. Hilscherus*, l. c. ita scribit: Spes alebat nos, fore, ut pristinae ualitudini restitueretur, sed ille subinde ingeminauit nobis naeniam, *climactericus Tentzelus fatalis est.* (hh) mense Decembri sup. anni ex hac uita egressum. (ii) d. 19. Ian. 1733. extinctum, *V. Ost Zeit. 1734, p. 146, seq.* (kk) Foeminas etiam nonnullas, climacterico anno denatas, nominat *Godof. Feinlerus*, l. c. p. 124. (ll) floruit enim sec. XII, & obiit d. 20. Aug. 1153, aetat. LXIII. conf. post *Caneum*, Vita operibus eius praemissa, & *Christ. Colbergii* de *Bernhardo, Abbate Clarauallensi*, ab *Alexandro III, Papa*, in numerum sanctorum relato, diatribae, *Regiomonti*, 1725. De scriptis autem eius uide. *D. Joh. Alb. Fabricius*, *Polybistor* per orbem celeberrimus & bibliothecarius reipubl. literariae optime meritus, in *Biblioth. med. aevi*, p. 598, ad 621. (mm) quo quidem elogio heroem incomparabilem, *B. Lutherum*, profectus est Theologus Reformatus, *D. Henr. Van Basenysen*, in progr. de *Studiis & moribus ciuium Gynnasii Anhaltini*, 1726, d. 25. Aug. edito. (nn, in *Confp. Reip. Lit. c. VII, § XX, p. m. 372.*



*Melanchthone* omnia in omnibus (oo), *D Mart. Lutherus*, qui *Wesle-*  
biae, in patria, A. C. 1546, d. 18. Febr. tres & LX annos natus, die lo-  
uis, post Valentini, hora quarta matutina, pie placideque exspira-  
uit (pp). *Luthero* haud incongrue iungimus eius & collegam peria-  
dustrium, & amicum candidum, *D. Just. Jonam*, qui, sicuti *Lutheri*  
exemplo, ex Ictorum disciplina ad Theologorum scholas feliciter  
accesserat (qq), eundemque non modo strenue adiuerat uiuus, sed  
etiam praefens adfuerat *Weslebiae*, ipso obeunte (rr), ita, nondum elapso  
decennio post, pariter annum agens LXIII, animam Deo reddidit Co-  
burgi, d. 9. Octobr. 1555 (ss). Excipiat hunc communis uniuersae Ger-  
maniae praeceptor, *Phil. Melanchthon*, cuius amplissima extant in  
bonas artes & literas merita, maiora tamen futura in ipsa etiam san-  
ctiora studia, nisi tanta eius fuisset & timiditas, & in scribendo incon-  
stantia, qua factum est, ut libri eius habitu saepe immutato prodirent,  
& posteriores editiones prioribus semper essent dissimillimae (tt), a

(oo) ap. *Joh. Matthesium*, pium & praeclarum uirum, in concionibus de Vita Lutheri, f. 192,  
a. Vid. Pl. Rev. *M. Jo. Abr. Wimmeri*, amici nostri honoratissimi, Prodomus Lutheri  
omnia in omnibus, h. e. diss. de Scriptoribus Lutheri uitam illustrantibus, qua com-  
mentationem historico-literariam, de *Luthero* omnia in omnibus posthaec edendam,  
indicabat Witteb. 1723, in 4, p. 38, seqq. Plura *Lutheri* elogia collegit *Thom. Bope-Elount*,  
in Censur. Celeb. autor. p. 380, seqq. & *B. Joh. Alb. Fabricius*, in Centifol. Lutheran. P. I,  
inprimis c. 117, seqq. p. 377, usq; ad p. 395. (pp) *V. Matthesi* Conc. XIV de Lu-  
thero, & inprimis *B. J. A. Fabricii* Centif. Lutheran. P. I, p. 496, & P. II, p. 949, ubi  
simul exhibet Rectoris Academiae Wittebergenfis, *D. Augustini Schursii*, progr. in fu-  
nere *B. Lutheri*, d. 21. Febr. 1546. promulgatum, breue quidem, sed lectu dignissimum.  
(qq) *V. Joh. Christ. Kochius*, libro Germanice edito, de Eruditorum uirorum insigni-  
bus, p. 71. (rr) quod patet ex ipius epist. ad Ioh. Fridericum Elefct. de beato Lu-  
theri obitu scripta, quae extat ap. *Weste. Seckendorffium*, omnibus uitae Lutheri scri-  
ptoribus facile praerferendum, in Hist. Lutheranismi, L. III, p. 638. (ss) *V. P. Eleri*  
Calend. histor. p. 327. *Joh. Henr. Kiederwateri* Nordhusa Illustris, p. 119, seqq. & *No-*  
*antiqui theol.* A. 1730, p. 56, denique *Lasar. Reinhardus*, in Commentat. histor. de Vi-  
ta & obitu Iusti Ionaë, Vinar. 1731. (tt) quae mutationes quantas in ecclesia turbas  
dederint, docet *Joh. Matthaeus*, in orat. de LL. CC. Theol. Phil. Melanchthonis,  
Witteb. habita A. 1587. De turbis, his sigillatim in oris, per Locos & Corpus Doctri-  
nae Philippi ortis, alia erit dicendi scribendique occasio, ubi *Joh. Pseffingerum*, pri-  
mum Superintendentem Lipsiensem, alio uultu ac habitu listemum, quam quidem  
communiter solet depingi, nempe ut Adiaiphoristam, Maioristam, & Synergistam sua



qua tamen consuetudine, nonnulli obseruarunt, cum abstinuisse inde a paucis ante obitum annis, d. 19. April. A. 1560, aetat. LXIII, subsecutum (uu). Cui Wittebergenfium Theologorum trifolio adiungimus tres de Academia & ecclesia Lipsiensi optime meritos doctores, huiusque Episcopos Vigilantissimos, *D. Nic. Selneccerum* (vv), *D. Georg. Weinrichium* (ww), & *D. Vincent. Schmuckium* (xx), quos singulos eo fere ordine, quo muneri amplissimo praefuerant, eodem anno climacterico magno infulas sacras, cum iisque animas deposuisse, testis est *autor Calendarii Historici Ephorum Lipsiensium* (yy), cum *M. Io. Georg. Priii* praefamine editi, Lipsiae, A. 1698, 8. De *Joh. Hoepnero* (zz), inter Praefules Lipsienses ordine octauo, idem commemorat hic autor (a), cui tamen subscribere non possumus, quandoquidem *Hoepnerus* annum climactericum aliquot menses uiuendo superauit (b), quod ipsum etiam de *D. Sal. Glassio*, Superattendente Gothano admodum celebri, a *Bergmanno* (c) & *Feinlero* (d) fuisse inter eruditos climacterico maximo denatos recensito, obseruamus (e). Potiori iure commemorandus hic nobis est *D. Georg. Spalatimus*, Praeful Alten-

bur-

temporis praecipuum, & Corporis Doctrinae Philippici propugnatorem acerrimum, documentis bene multis instructi, quibus suppleri possit relatio, quae de *Joh. Pfefingero* extat in *Nou-antiquis Theol* 1729, p. 850. (uu) *V. No. antiq. theol* A. 1730, p. 162, & scriptores, qui de uita & obitu Philippi exposuerant, magno numero ibi allegatos, p. 378-380. (vv) quem, accepta sexta uocatione, mortem appropinquantem sic aiunt esse ominatum: Septima me laeto ciuem assignabit olympo. (ww) qui, septennio ante obitum, suam ipsius uitam consignauit, hoc adiecto disticho: Vixi, & quem dederas cursum mihi, Christe, peregi, Pertactus uitae, suauiter opto mori. Moribundus autem, iam ibo, inquit, in uitam aeternam, teste *Seelgmanno*, in *der gepriesenen Seeligkeit der Kinder Gottes*, p. 378. (xx) Cuius annus emortualis hoc continetur uersu: SCHMVECCIVS HIC rVtLI senlor fVblt atrfa CoeLI, ap *Freherum*, in *Theatro*, P. I, sect III, f. 43<sup>o</sup>. (yy) p. 56, 84, 100. conf. etiam homiliae funebres. Selnecceri, a *D. Georg. Mullero*, Weinrichii, a *D. Vincentio Schmuckio*, & Schmuckii ab ipsius sacris in muniis successore, *D. Polyc. Leysero*, super 1. Cor. I, 30, habitae, & separatim typis exulsae. (zz) Qui non est confundendus cum *Henr. Hoepnero anglosaxo*, A. aetatis sexagesimo denato, cuius elogium scripsit *D. Io. Frid. Maeyerus*, & praemisit *Illog. Coense Domin.* (a) in *Geschichtl. Calendar über die Lebens Beschreibung der Leipziger Herren Superintendenten* p. 137. (b) Natus enim erat d. 22 Febr. 1532, denatus uero d. 4. Iul. 1645. (c) in *Tremenda mortis hora*, P. II, p. 142. (d) l. c. p. 223. (e) *Lucem enim aspexit* d. 20. Maii 1593, & ex hac



burgensis (f), moerore animi, quem unde conceperit, non satis cognitum est, extinctus d. 16. Ian. 1545, aetatis LXIII. Succedat huic *Matth. Tragenius*, serenissimo Saxoniae Electori a concionibus aulicis, cuius quemadmodum, cum *Bernhardo* (g), erat sublimior philosophia, scire lesum, et hunc crucifixum, sic eadem cum *Bernhardo* fata subiit, hoc est, perinde, atque ille, tres & sexaginta annos natus, Sospitatori suo dulcissimo spiritum reddidit, d. 10. Maii, 1596 (\*). Ex seculo proxime elapso dignus omnino est prae ceteris, cuius nunc in mentionem incidamus, Celeb. Theologus & Conuentus ecclesiastici Argentoratensis Praefes, *D. Joh. Conr. Dannhauerus*, quem doctorem ecclesiae nostrae *ἀρχιδιάκον* uocat eius quondam discipulus, *D. Phil. Jac. Spenerus* (h), et d. 7. Nov. 1666, aetatis LXIII, constanti animo & inuicta fide spiritum Deo reddidisse, meminit *D. Joh. Olearius* (i), & qui uitam eius laudatissimam descripsere, *D. Jac. Schallerus* (k) & *D. Balth. Bebelius* (l). Idem contigit *D. Joh. Ulr. Maeyero* (m), celeb. Gryphiswaldensium Theologi & sui temporis Chryostomi, Joh. Friderici, genitori, *D. Balth. Menzero* (n), incomparabili Theologo Giefsensi, *D. Henr. Phasiano*, Marburgum quidem ad suscipiendum sacri Antistitis munus euocato, sed, ante istius auspiciam, tertii & sexagesimi anni fata Giesae Hassorum experto (o), & qui inter ueros Polyhistoros referri, cuiusque adeo nomen etiam inter Theologos

B 3

con-

uita iterum discessit Gothae, 1656, d. 17. Iul. *V. Freberus*, P. I, sect. III, f. 590, seq. ir. *Non. antiqua Theol.* 1720, p. 487, & *Lex Vniuers.* T. X, fol. 1603. (f) de hoc B. Lutheri amico singulari, ad quem uel sexcentae ipsius extant epistolae, conf. illustris *Seckendorffius*, in opere praecipuo de Lutheranism, p. 22, & *Christ. Schlegelius*, in Hist. Vitae Georg Spalatini, sub praesidio *Casp. Sagittarii*, Ienae 1693, in 4, denique *V. C. Zuh. Poritzg.*, in *Non. antiqu. theol.* A. 1731, p. 455, seqq. (g) Serm. XLIII super Canticum, p. 287, ed. Paris. (\*) Vid. *Bergmanni* Tremenda mortis hora, P. II, p. 241. & *Joh. Joach. Moellers*, sub Iolachi Mi nomine, edita Biblia in historis, p. 353. (h) *Consil. Theol. Lat.* P. III, p. 632. (i) in *Gottseel. Alter*, p. 1022. (k) in progr. funebri. (l) in *Manibus Dannhaeui* Vindicatis. (m) quod patet ex uitae curriculo, parti concion. ipsius funebr. praemisso, p. 59. (n) id quod ex oratione parentali *D. Menon. Hannekenii* refert *Freberus*, f. 433. conf. *Olearii* *Bersüßete Todes-Bitterkeit*, p. 331. & *Bergmanni* Tremenda mortis hora, P. II, p. 125. (o) d. 4. Febr. 1697. *V. Heßisches Heb. Dpffer.* P. V, p. 507. Ut adeo referri mereatur inter Theologos sub auspiciis nouorum officiorum demortuos, de quibus peculiaris extat *Cl. D. Georg.*



consignari meretur, *Hugoni Grotio* (p), nato 1583, decimo Aprilis, & denato 1645, uigesimo octavo Augusti. Necessario breuitatis, certis limitibus definitae, studio ducti relinquimus *Casp. Finckium* (q), Pastorem Nemptensem, *Clement. Lehmannum* (r), Past. prim. Zittraiensem, *M. Thom. Vogelium* (s), Past. Zwoenicensem, *M. Joh. Benckerum* (t), Past. Halensem, *M. Frid. Schmidum* (u) & *Christ. Franckensteinium* (v), Archidiaconos Pegauientes, *M. Andr. Schneiderum* (w), Archidiac. Lipsiensem, aliosque plures, quorum nomina studiofius conquirere, nec uacat, nec placet. Praesenti hoc, cuius iam tertia, & quod excurrit, pars est elapsa, seculo annum climactericum abstulisse meminimus B. nostrum ex matre horroranda auum, *Joh. Guil. Hilligerum* (x), Superintendentem Chemnicensem, *D. Joh. Christoph. Bilefeldium* (y), Theol. Giessensem, *Joh. Bened. Carpzou-*

um

*Henr. Goerzi* Ecloga historico-theologica, Lubecae 1708. edita, in qua tamen nostrum non attingit. (p) Cuius de obitu Epistola *D. Joh. Quistorpii* extat ap. *Freherum*, in Theatro, P. II, sect. IV, f. 1104. (q) d. 5. Oct. 1619. meliori uitae asertum, quod patet ex Vita, sermone funebri, a *D. Joh. Schreitero* hab. annexa. (r) d. 6. Jul. 1629. humanis rebus subductum, ap. *Bergmannum*, P. I, p. 230. (s) d. 10. Dec. 1639. exanimatum, de quo uid. *D. Balb. Balduini* hamilia funebris. (t) d. 9. Maii 1658. demortuum, commemorante *D. Andr. Christoph. Schubarto*, in Appendice der geistl. Catechismus-Lust, p. 1287. (u) uigiliis Pentecostal. 1645. inopina apoplexia correptum, teste *Bergmanno*, l. c. p. 57. (v) d. 25. Mart. 1683. uita functum, testante *M. Joh. Seuer. Weisso*, in serm. exequiali, ipsi habito. (w) uitae finem nactum d. 31. Dec. 1620. V. Lex. Erud. P. II, p. 1095, edit recent. (x) d. 9. Sept. 1705. rebus humanis exemptum, aetatis annum LXIII ingressum, haud uero supergressum, quemadmodum per errorem extat T. V. Nou. Literar. German. p. 459, cuius scripta commemorantur in iisdem Nou. Lit. T. II, p. 54, seqq. De uita eius extant paucissima in Lex. Erudit. P. I, p. 1509, & in Lex. Vniuers. T. XIII, f. 90, nec non in Nou. antiqu. theol. 1727, p. 976. Copiosius uero eandem, sicut omnium Praefulum Chemnicensium uitas, exposuit Rector de sehola Chemnicensi quam praeclarissime meritis, Polyhistor sine pompa, *Cl. M. Dan. Mullerus*, noster quondam praeceptor maximopere uenerandus, in Prolusionibus scholasticis, inde ab anno 1710. editis, & sigillarim tribus programmatibus, de B. Hilligero scriptis. A. 1724, 1726, 1727. (y) ex disp. inaugurali, de Theologia pia, unice uera, ad Tit. I, 1, sub praef. *D. Heinr. Opitii*. Kil 1690. habita, satis notum, qui A. 1727, d. 21. Iun. decessit, annum agens LXIII, referente *Cl. Neubauero*, im. Hessischen Heb. Opffer, P. V, p. 508, seqq. Eius autem obitus nec in Vniuersali, nec in Erudit. Lex. nec etiam in Nou. antiqu. theol. mentionem esse iniectam, miramus.



z) (z), nepotem, Linguae sanctae in Academia Lipsiensi extra ordinem Professore & Nosocomii Lipsiensis Pastorem, *Jac. Knightium* (aa), doctissimum Anglum, & *Seb. Edzardum* (bb), hoc ipso, ad finem nunc uergente anno, ex militante in coetum Dei triumphantem translaturum. Quibus quidem complures, eadem fata expertos, non adeo magno labore adhuc superaddi posse, facile largimur, ita tamen, ut, climacterici anni fatale periculum iure exinde deducendum esse, nemini largiamur, quandoquidem, defunctorum in eo uerbi diuini ministrorum longe minorem esse copiam, quam qui aliis in annis ex hac uita emigrarunt, superius concessimus. Ex quo, fatalem climacteris ad interitum necessitatem haud parum collabesceri, facile patet (cc). Nihilo tamen secius, quod iam olim Imperatorem *Augustum* fecisse, ex *Gellio* (dd) constat, nos potius decere, Christi affectas, arbitramur, ut uidelicet Deo, uitae nostrae datori statoque unico, gratias, quas possumus, agamus maximas, maiores etiam habeamus, si, secundo uitae sine offensione cursu, climactericum annum superare, uel nobismet ipsis, uel etiam aliis, arctiori nobiscum uinculo coniunctis, per diuinam gratiam contigerit. Quae omnia nullum alium in finem  
in

- (z) qui A. 1733, d. 18. Aug. animam Seruatori suo reddidit, cum annum climactericum magnum usque ad tridentem uiuendo exegisset. V. *Joh. Christoph. Coleri*, 78 *manuscripta*, Acta historico-ecclesiast. P. II, p. 259, & progr. funebre, nomine Rectoris scriptum Lips. d. 25. Aug. d. a. (aa) quem d. 6. Jun. sup. anni, tres & LX annos natum, obiisse, docent Noua liter. Lipsicns. 1735. p. 481, Acta hist. eccl. P. IV, p. 586, ex iisque Archiuar. Gen. al. P. XIX, p. 351. (bb) quem ipsum fortissimum in bellis Domini militem, & ueritatis euangelicae assertorem indefessam, non modo suis in praelectionibus & scholis *B. D. G. Wernsdorffium*, nec praeter meritum, nominare meminimus *seculi nostri Athanasium*, sed etiam publicis in scriptis, u. g. in diss. de Absoluto praedestinationis decreto, uerae solidaeque consolationis impatiente, p. 64, & alias. Obiit autem V. C. d. 10. Jun. huius ipsius anni, ecclesiae, sacroque ordini, & uniuerso literatorum coetui, admodum fatalis & exitiosus. V. noua liter. h. a. p. 446, & inprimis p. 533, sq. (cc) quam observationem iis, qui A. 1703 Vratislaviae, in dioecesi Protestantium, e uicis sunt sublatis, confirmatam habes T. IV. Nou. liter. Germ. p. 207, sqq. (dd) in Noct. Art. XV, 7, ubi memorabilis legitur epistola Augusti, ad Cesium nepotem, qua de superato anni climacterici periculo gauisus, sibi que ipsi gratulatus est, ad quam prouocat *Job. Bodinus*, loco supra alleg. conf. *Io. Burck. Menckenus*, de Charlatania Erudit. p. 261. edit. German. A. 1727.



in praesentia adduximus, quam ut tanto magis praedicemus benefici-  
cium, a Deo O. M. *Tibi*,

P A R E N S I H O N O R A T I S S I M E

hoc ipso praestitum, quod annum sexagesimum tertium, non sine  
singulari ipsius gratia, felicissime nunc peregisti. Et quanquam pro-  
be nouimus, eorum sententiam, qui annos climactericos nimium  
quantum metuunt, eisdemque aliis multo periculosiores esse, con-  
tendunt, *Te* nunquam approbasse, neque tamen & illud nos fugit,  
quod, cum non sine animi dolore conficere potueris annum *Tuum*  
climactericum magnum, & grauiori morbo, ipso fere dimidio, *Tibi*  
fuerit consistendum, eo maius penes *Te* ipsum concipias gaudium,  
quam annum hunc, adeo multis, quinimo *Tibimet* ipsi, periculo-  
sum quodammodo & fatalem, & cum anno uarias calamitates,  
o quam feliciter, Deo sit laus! hoc ipso die euasisti. Quemadmo-  
dum igitur, totos nos nostraque qualiacunque studia *Tibi, Dilectis-  
sime Parens, Tuisque* curis singularibus, post Deum, unice debere  
nos, grati profitemur, ita tantam de isthoc diuinitus *Tibi* concessio  
beneficio, una *Tecum*, merito concipimus animo laetitiam, tantam  
mente nostra uoluptatem perentiscimus, quanta potest esse & haberi  
maxima. Quam ob rem praesentem occasionem, nostram *Tibi* pie-  
tatem publice declarandi, auidissime arripimus, & ea, qua par est,  
obseruantia, de prospere exacto anno *Tuo* Climacterico *Tibi* congra-  
tulamur. Cumque uerum sit omnino, quod amicorum cuidam,  
de exacto anno climacterico XLIX sibi bene precanti, respondebat  
Imperator *Maximilianus II, quilibet annus est mihi Climacteri-  
cus* (e), supplices ueneramus summum annorum rerumque humana-  
rum rectorem, ut, cum hoc climacterico, subsequentium annorum  
omnium omnia discrimina abesse abs *Te* iubeat quam longissime, &  
sexagesimo tertio feliciter peracto, quam plurimos succedere, eosque  
semper feliciores. Seruet *Te* Deus, cui ardentissimis *Te* commenda-  
mus precibus, felicem fortunatumque quam diutissime, extendat ac  
pro-

(e) teste B. D. Dannhausero, P. VI der Catechismus-Wilch, p. 50.



propaget annorum *Tuorum* numerum numeris auspiciatissimis, & quandoquidem annos pie defuncti *Tui Parentis* (ff), quae singularis ipfius est gratia, iam decennio fuperafti, & ex omni eiusdem fobole folus fuperes, qui diuina enumeres beneficia & fingularis erga fenef prouidentiae documenta (gg), de quibus praedicare & loqui uolenti occurrunt *Tibi* innumera, hinc impofterum etiam hifce bonis circumfluere & abundare *Te* iubeat, quo annos *Tui* facro in munere antecessoris, B. M. *Ioh. Goetzingeri* (hh); non attingas folummodo, uerum etiam excedas. Largiatur & concedat *Tibi* corporis, conferuet ac fuffineat animi uires, ut coetui *Tibi* concredito quam diuiffime prodeffe queas, munerifque *Tui*, per XXXVII, & amplius, annos feliciffime gefti, partes ad feram canitiem ornes ac tuearis. Sic uiuas fub regimine Altiffimi uitam exoptatiffimam, uireas uigore incorrupto, uigeas & ualeas ualetudine femper ualida, in gaudium & emo-

(ff) Erat is *M. Mauritius Engel*, Antiftes facrorum Rochlicenfis, qui placide decef- fit d. 17. April. A. 1689, annos natus LIII, cuius uitam defcripfit literatiffimus *M. Dan. Mullerus*, in diff. II de Doctis Chemnicenfibus, extra patriam bene exceptis, A. 1711. fcripta, & poulo plenius in pec. progr. prid. Non. Octobr. 1735. edito, magnam apud multos initurus gratiam, fi uitas, multa fedulitate conftantique ledtione a fe con- fcriptas, figillatim Ephorum Chemnicenfium & doctorum Chemnicenf. extra patriam bene exceptorum, in unam alteramque fyllogen collectas, aliquando uoluerit emittere. (gg) Documenta diuinae prouidentiae, in fenibus deprehensa, fcripto- res collegerunt quamplurimi. conf. *Gabr. Palaecoti* liber de Bono fenectutis, Antwerp. 1598, *Dan. Toffani* de Senectute libri III, Heidelb. 1599, *Andr. Riueti* la bonne vieillesse, Vitraj. 1652, *Bened. de Bacquere* Solatium fenium; & ex noftris *Conr. Dieterici* *Alten- Spiegel*, *Georg. Drandii* Hortus Senilis, *Val. Herbergeri* *Stecten und Etab des Alterß*, Wlm. 1670, *D. Ioh. Olearii* *Gottfchel. Alter*, Lipf. 1670, & inprimis *M. Carl. Frid. Loch- neri* fcriptum fupra laudatum, Bremae 1692. emiffum. (hh) Non abs re fore, arbitra- mur, fi feriem eorum, qui, inde a repurgata per D. Lutherum doctrina, facris ope- ratu funt Burgftadii, nullibi haftenus commemoratam, hic loci adiecerimus. Vide- licet, poft Papifticis erroribus imbutos feculi XVI Paftores,

*Hildebrandum*, qui ad annum 1507. munus fuum peregit,  
*Mich. Rabenfeimium*, qui ab anno 1507, ad annum 1516, publice docuit,  
*M. Ioh. Bergerum*, qui ab anno 1516, ufque ad annum 1536, officio praefuit,  
*Wolffg. Cramerum*, qui ab anno 1537, ad annum 1539, facrificia fecit,  
 quo ipfo demum anno, poft obitum Ducis Georgii, his in ditionibus repurgata  
 funt facra,



emolumentum *Tuorum*, hilaritatem ac laeticiam eorum omnium, qui familiae nostrae bene cupiunt, bene *Tibi*, bene *Tuis* omnibus precantur. Sic iterum ualeas, *Honoratissime Dilectissimeque Parens*, nosque, *Tibi* deuotos, paterno amore & beneuolentia sempiterna complecti ne desistas.

sacro muneri Burgitadii praefuerunt

I) *Koegelus*, ab A. 1539.

II) *Job. Pfennerus*, ad A. 1576.

III) *Gangolph. Pezelius*, inde ab A. 1576, ad A. 1582, qui libro Concordiae subscripsit, quod patet ex Concordia Germanico-Latina, edit. Reinecc. Append. p. 10.

IV) *Paulus Heldius*, ab A. 1582, usque ad diem ultimum 1588, quo obiit anno aetatis LXIX, & ministerii XLIV, duo exilia forti constantique animo perpeffus.

V) *Abel Heldius*, ab A. 1589, ad A. 1614.

VI) *Job. Heldius*, ab A. 1614, ad A. 1633, ubi peste obiit.

VII) *Casp. Ammerbachius*, a festo Paschatos 1634, ad Domin II p. Epiph. 1659.

VIII) *M. Job. Goetzingerus*, A. 1658. Ammerbachio socius datus, festo Paschatos officium auspicatus, tandemque d. 10. Febr. 1699. rebus humanis exemitus, aetatis LXX, ministerii XLI, homiliis melicis, post mortem demum euulgatis, tatis notus.

IX) *M. Mauricius Engel*, A. 1699, Dom, XIX p. Trinit. sacrum docendi munus aggreffus, & utinam diu, superstes, parens XII, e quibus VIII supersunt, liberorum felicissimus.

X) *M. Maur. Christ. Engel*, A. 1727, festo Michaelis, Archangeli, optimo parenti socius adiunctus, cuius sacros labores Deus prosperet, atque omnes semper eius res fauste, feliciter, prospereque euenire iubeat.









QK II: 93

QK





Pon II: 43, QK  
f

ULB Halle

3

004 592 603









Π i  
43

A HISTORICO-LITERARIA  
M THEOLOGORVM  
ACTERICO MAXIMO  
NATORVM

QVA COLLECTA  
I R O  
ENDO, AMPLISSIMO NEC NON  
TISSIMO DOMINO

M I N O  
RITIO Engel

ENSIVM MVLTIS EISDEMQUE PRAE  
S CONSPICVO, ET DIOECESEOS  
SIS SENIORI GRAVISSIMO  
HONORIS ET AMORIS CVLTV AD  
S VSQVE PROSEQVENDO

ERATO ISTO CLIMACTERE MAGNO  
S SEXAGESIMO QVARTO

QV. A. O. R. CIOIOCGXXXVI  
O OMINE REDEVNTE  
CONGRATVLANTVR

OLVPTATEM EXINDE PERCEPTAM  
ESTATVRI  
VS GNATI NATV MAIORES

DERICVS Engel, Diac. ad D. foh. Chemnic.  
NISTIANVS Engel, Pafst. Subft. Burgftad.  
TVS Engel, I. V. Doctör.

CII, Literis STOESSELIANIS

56.

